

nabiliter assignavit, a predictis dominabus per duos annos racione conduc-
cionis habuisse ad hoc, cristiærno tunc viuento, a nemine alicuius infestacio-
nis ingenio, et inpeticionis conamine, impedita, jn cuius protestacionis et re-
cognicionis testimonium siggillum meum duxi presentibus apponendum scrip-
tum anno domini M^o C^o C^o C^o X^o X^o III:to.

Sigillet bortfallet från den ur brevet klippta remsan.

2439.

1324 d. 5 Jan.

Wiborg.

Ärkebiskop ESGER i Lund vidimerar Påfven Johannes XXII:s bulla angående Dr. Johannis de Polliaco villomeningar rörande bigten.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

ESGERUS diuina miseracione Lundensis Archiepiscopus, swecie primas. Vniuersis presentes litteras inspecturis. Salutem in domino sempiternam. Noueritis nos litteras domini Johannis pape XXII sub stilo, filo, Carta, Bulla, Legittimas, non cancellatas non rasas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas, verbo ad verbum inspexisse sub hac forma. JOHANNES Epi-
scopus &c. *Se föreg. N:o 2312.* Jn cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum wibergis, Anno domini Mille-
simo Trecentesimo vicesimo quarto in vigilia epiphanie domini.

På fransidan: Jsta littera tradatur fratri P. philippi ex parte fratris p. abo.

Och nedanföre: Vas — — — eleccionis

Sigillet nästan fullkomligt oskadadt, med en kamé, föreställande sannolikt en Antinous,
i kontrasigillet.

2440.

1324 d. 13 Jan.

Warberg.

Riddaren KNUT PORSE befullmäktigar Ärkebiskop Olof och Biskop Carl i Linköping, att af det silfver, som Svenskarne lofvat betala Hertig Eriks enka Ingeborg och honom å hennes vägnar, godtgöra de prester och andra personer, som förlorat sina varor på det fartyg, han och hans följeslagare förledet år uppbragt i Marstrands hamn.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus, KANUTUS PORSE miles, salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi posteri vt presententes(!), me kanu-
tum porse, exhibitoribus presencium venerabilibus in christo patribus, ac dominis, Dominis olauo dei gracia archiepiscopo vpsalensi et karulo eius-
dem gracia episcopo lincopensi, super hoc plenam potestatem, ex parte mei tenore presencium lucide contulisse, quod ipsi clericis omnibus et singulis, qui bona sua, in kogga illa amiserunt, que per me et meos familiares, in portu malstrandis priori anno prelapso, fuit probdolor (!) jnpedita, de argento illo,

illo, quod homines regni swecie, domine mee, domine Ingeburgi ducisse swecie consorti condam domini ducis erici bone memorie et mihi ex parte sui, soluere promiserant, die sancti mikaelis venturo nunc proximo, satisfacere debeant penitus et quittare, In cuius rei Testimonium sigillum meum presentibus duxi litteris apponendum, Datum apud wordhberg Anno domini M^o.CCC^o. vicesimo quarto, in octaua epiphanie domini.

Sigillet till det mesta bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

2441.

1324 d. 13 Jan.

Wordingborg.

Konung CHRISTOFER gifver Wismars borgare rättighet, att vid inträffande skeppsbrott berga och behålla sina varor, och förunnar dem samma friheter, som Lybecks borgare erhållit i Skanör och andra delar af riket.

Dipl. Langeb. i K. Danska Geh.-Arch *).

CRISTOFFERUS dei gracia Danorum Slauorumque rex Omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Notum facimus Vniuersis quod dilectorum nobis consulum de Wismaria precibus inducti ipsis et Vniuersis ciuibus eorum gra[ciam] specialem facientes, concedimus eisdem has liberta[tes], quod si forte necessitate eis imminente alicubi in reg[no] nostro naufragium patiantur, nullus aduocatorum, exactorum, neque alius aliquis ipsos impedire debeat alequatenus, quominus ea que de bonis ab inclemen[cia] maris et tempestate poterint extrahere colligere et sal[ua]re in quieta pace habeant. et iisdem absque cuiuslibet impedimenti obstaculo libere perfruantur. Insuper eciam omnia iura et easdem libertates ciuibus Lubecensibus a clare memorie dilecto domino nostro inclito rege Waldemaro et ab aliis progenitoribus nostris nec non et a nobis concessa eisdem ciuibus Wismariensibus in Scauore et in alijs regni nostri partibus libertatibus indulgem[us] Prohibentes sub optentu graciae nostre Ne quis predictorum aduocatorum nostrorum seu [alio]rum vel quisque alius predictos ciues Wismarienses contra huiusmodi priuilegij nostri indulta, molestare vel vexare audeat quoquo modo Quod quicumque feceret [o: -- rit] regiam nostram proculdubio non effugiet vlcionem. In cuius rei testimonium presentes eis litteras contulimus sigilli nostri munimine roboratas Datum Worthinghborch Anno domini Millesimo CCCXXIII octaua Epiphanie eiusdem domini nostri Jesu Christi.

*) Afskriften är söndrig i kanten, hvarigenom några bokstäfver gått förlorade, hvilka dock lätt kunna suppleras och här äro anförda inom klammer. Benäget meddelad af Hr Professor N. M. PETERSEN.